

HOM. (έν) νυκτός ἀμολγῶ — HES. βλαγίς· κηλίς, Λάκωνες

Praecedant interpretationes antiquiores. Primus est Hesychius qui docet: ἀμολγὸν νύκτα· Εὐριπίδης Ἀλκμήνη (fr. 104) ζοφερὰν καὶ σκοτεινὴν. οἱ δὲ μέρος τῆς νυκτός, καθ' ὃ ἀμέλγουσιν. Aeschylus quoque fr. 103 ἀμολγὸν νύκτα memorat uterque igitur tragicus nomen adiectivum praebet sed Homerus in exeunte hexametro quinquies nomen substantivum (έν) νυκτός ἀμολγῶ exhibet, quocum optime quadrat alius Aeschyli locus (fr. 69) ἱερᾶς νυκτός ἀμολγόν. Falsam esse lectionem locum Euripideum fr. 781. 6. ἀμολγός putant Liddel-Scott-Jones. Tamen adeas quaeso alium quoque locum Hesychianum ἀμολγῶ τῶ μεσονυκτιῶ, ἦτοι έν ἐκείνη τῇ ὥρᾳ, έν ἣ ἀμέλγουσιν quo sunt usi non solum lexicographi recentiores ut Cornelius Schrevelius qui explicat „tempus quo vaccae mulgentur“, sed etiam etymologi novissimi. Ita factum est, ut P. Chantraine, *Dictionnaire étymologique de la langue grecque. Histoire des mots*, p. 74 nomen ἀμολγός una cum verbo ἀμέλγω tractaret.

Haec sunt verba Petri Chantraine (qui antea in Lexico, quod inscribitur *Dictionnaire Grec-Français* s. ἀμολγός scripserat: ἀμέλγω? l'origine de cette formule h. e. νυκτός ἀμολγῶ est obscure et controversée): „si l'on estime que l'idée de plénitude de la nuit est essentielle, on peut admettre qu' ἀμολγός, moment de la traite, moment où les pis sont gonflés, exprime la notion de plénitude et c'est la voie suivie par P. Wahrmann, *Glotta* 13 (1923) 98 sqq., aussi P. Kretschmer, *ibid.* 166 sq. Elle trouverait une confirmation dans certaines traditions étymologiques des Anciens. . . Un dernier dérivé énigmatique figure dans la glosse d'Hsch. ἀμολγάζει· μεσημβρίζει d'origine inconnue; le verbe μεσημβρίζω ou -ιάζω signifie „faire la sieste“, mais selon Pollux 4, 157, aussi „être au zénith en parlant du soleil et des étoiles“.

En ce qui concerne ἀμολγός, terme formulaire et poétique, si nous devons prendre parti entre les deux hypothèses „heure de la traite“ et „plénitude“, nous pensons que le sens originel „traite du soir“, ou „de la nuit tombée“ est le plus probable. . .“

Formam immutatam exhibet glossa Hesychiana ἀμολγῶ· ζόφω, quam comprobatur Blaesi comici forma brevior apud Hesychium servata μολγῶ (?) νέφος. Rectam viam iam anno 1914. ingressus est E. Bernerker, *Slav. Et. Wörterbuch*, s. molžiti „obscuror, obnubilor“, cuius etymologiam optimo iure atque novis argumentis defendit collega Lj. Crepajac in dissertatione sua, nondum publici iuris facta p. 101. quae inscribitur *De a praefixo in vocabulis classicis*.

Verbum derivatum ἀμολγάζω „in umbra esse meridiana“, cum pecus requiescit atque daemon meridianus (cf. P. Bourget, *Les démons de midi*) silvas et pascua peragrat, unde defluxit symbolon Pythagoraeum ἐν μεσημβρία μὴ καθεύδειν. Cum Graeco μεσημβρίζω eiusque onomasiologia optime quadrat nostrum *plandovati* (~ *pladne podne* „meridies“) „in umbra esse meridiana“. Ex quibus sequitur distinguendum esse inter nomen actionis ἀμολγῶς „mulctus“ et nomen adiectivum ἀμολγός „opacus, nubilus, umbrosus“, cf. J. Pokorny, *Idg. et Wb.* 724. nam haec nomina diversae sunt stirpis. Poeta noster bene docet 15, 324 μελαίνης νυκτὸς ἀμολγῶ, quocum comparandus est locus hymni Homerici in Mercurium 6. ubi Iovis ἀκμή h.e. καιρός amatorius describitur.

Glossa Laconica βλαγίς ex antiquiore forma mjg- deducenda caret praefixo *a-* de quo Lj. Crepajac libro laudato plurima exempla et perspicua argumenta collegit, inter quae series *a-urōra ā-usōs* iuxta sanscr. *usās-* et tuscum *usil* sine ullo praefixo formata summi est momenti.

Beograd

M. Budimir.

A F R I C A E

Africae gentes fera seruitutis
uincla ab annoso patiuntur aeuo
Sancta Libertas, precibus tot optatam
adde salutem!

Bedford (England).

G. M. Lee.